

dominum ihesum christum statim quasi insula luce securitatis ab eo omnes dubietas tenebre diffugerunt. Ubi ergo sub ficu in tempore et prius in eternitatis cognitio ne et amore deus in seipso vidit predestinavit et vocavit augustinum. ¶ Et notandum quod aliud est esse in eius essentia aliud in eius noticia aliud in eius visione. Nam in eius essentia esse est contineri in ea et eius infinita simplicitate et simplici infinitate secundum rationes perfectionales et hoc secundum modum essendi in quantum in deo perfectiones omnium generum eminenter et unitate preexistunt sicut tota arbor in simplici grano licet dissimile sit quod ad hoc quod arbor est in grano materialiter et forma grani corrupta trans materia grani in arboris quod de deo nefas est dicere respectu creature sicut in exemplari et virtute productiva non univoca et simili sed equivoca et eminenti. Quia sicut Augustinus creatura in deo est creature essentia addit cum creatura in deo sicut modum intelligendi ad creaturam non exemplabilem et productibilem in quantum productam non transit divina essentia quia sicut auctorem de causis. Prima causa non miscetur rebus. Esse autem in eius noticia que dicitur simplex intelligentia esse in eius intellectu reflexo super essentiam suam et super omnia contenta in illa quod est esse secundum rationes potestales et sicut modum intelligendi. ¶ Esse autem in eius visione est esse in intellectu reflexo et unde dictum est addendo tamen presentiam creature secundum aliquod tempus quod utique tempus quocumque fuerit totum est tempus eternitatis diuine intuitus. Exemplum de oculo claro simul vidente totam paginam tunc oculus ipse vix singulatum videt ac sillabam. Et hoc tertio modo creature que aliquo tempore habent esse sunt in dei visione propter presentiam in natura propria que autem nunquam sunt sed tamen esse possunt sunt in simplici noticia ut dicit secundus deus modus. Sic ergo augustinus cuius testimonium infallibile habuit in diuina predestinatione quod aliquando in tempore deberet placere deo. Sed forte obiceret aliquis. Cum diuina predestinatione falli non possit videtur quod frustra matris eius lacrimae et orationes intercesserunt pro eo non quia in educendo a se efficaciter deus per medium et mediante homine producit hominem licet eum immediate producere possit et produxerit ut adam et hoc in dignitate concausandi communitur creaturis. Sic in re

ducendo in se et in finem reducit per media vel saltem per medium scilicet christum quia in via veritas et vita licet immediate reducere possit et etiam reduxit secundum adam christum scilicet et sicut hanc reductionem per media fieri ab eterno disposuit sic in tempore non aliter implevit et sic augustinum lacrimis matris eius saluauit. Et hoc de prima translatione patris sancti augustini que fuit a culpa ad gratiam. Que translatio fuit sua conuersio. Qualiter autem hec translatio vel conuersio facta fuerit ad istam conuersionis sancti pauli de hoc habet infra. ¶ Sed a translatione eius fuit supernaturalis et glorioza scilicet a mundi miseria ad celestem gloriam. Et hanc translationem precedebat testimonium et habuit placuisse deo unde sibi gratie conuenit illi sapiente quarto placens deo factus electus et dilectus inter peccatores viuentium translatus est. Et subditur placita erat deo anima eius propter hoc propter quod educere illum de medio iniquitatum. Quod recte fuit verificatum in augustinus. Nam cum propter his ciuitas obsessa erat ab exercitu barbarorum videns augustinus se in medio iniquitatum positum quia multa mala et prophana irrogabantur ecclesiis et populo christiano iugubrem dicit vitam rogans dominum ut aut eos ab illis periculis erueret aut pacem tribueret aut ipsum de hac vita susciperet et hoc tertium obtinuit. Nam post paululum infirmatus ad extremam horam veniens obdormit in pace. Et sic properauit deus eum educere de medio iniquitatum. Denique propter ante istam translationem anima sua placita fuerit deo testimonium perhibuerunt sua sancta vita sana doctrina et famosa miracula. ¶ Primo sua sancta vita mor enim ut conuersus fuit in prima translatione displicebat ei quicquid agebat in seculo et ut ipse dicit viuit. Et tunc ieiuniis et orationibus vacuus et rediens ad agros proprios venditis propriis et secundum modum factum et apostolorum pauperibus erogatis pauperum cum pauperibus vixit et ut iunius vacaret deo monasterium in heremo construxit et ibidem cum fratribus collectis deo seruire statuit factus autem presbiter monasterium aliud in ordo instituit. Et post factus episcopus tantum monasterium in episcopio fecit quod nullatenus sine monasterio et fratribus viuere voluit. In omni igitur frateribus successit ipse cum suis reglarum virtute sicut reglarum sub sanctis a plis ostentata igitur in cultu gestu habitu in sermoibus et moribus et sic se esse exhibuit omnibus ut ad vilitatem omnium fieri omnibus. Ecce quod vita sua facta